Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rent ex cubias suas · & uestimenta
sua uaria abicient · & induent stu
pore · Interra sedebunt · & attoni
ti sup repentino casu tuo ammi
rabunt · & assumentes sup te la
mentum dicent tibi · Quom pis
ti que habitas in mari · urbs inclyta
que fuisti fortis in mari cum
habitatoribus tuis · quos formida
bant uniuersi · Nunc stupebunt
naues in die pauoris tui · & turba
bunt insule in mari · eo qd nullus
egrediatur ex te · Lxx · Quia hec dicit
dns ds · SOR · Nonne a uoce ruine
tue · cum ingemuerint uulnerati
tui · cum euaginatus fuerit gla
dius in medio tui · commoue
bunt insule & descendent de se
dibus suis omnes principes maris
& auferent coronas suas & uesti
mentis suis uariis nudabunt · fu
rore insanient · intra sedebunt
& formidabunt p ditionem suam
& gement sup te & assument sup
te lamentum & dicent tibi quom
pisti & dissipata es in mari · ip
sa & habitatores eius que dedit
timorem suum omnibus habitatoribus
suis & formidabunt insule in
die ruine tue · & turbabunt
insule in mari in exitu tuo · Primum
ipsa hystorie uerba pandamus bre
uissima · metrafrasei · sensum dictorum uer
borum aperientes · Hec dicit adonai dns
tyro que appellatur SOR · Numquid
in die ruine tue quando nabuchodo
nosor oppugnante corrueris · &
ingemitu uulneratorum siue inter
fectorum qui occisi fuerint in medio
tui · non commouebunt insule · et
descendent omnes reges de sedibus
siue soliis suis · & principes maris
qui diuersis imperant insulis · &
auferent diademata de capitibus
suis omnem regnandi gloriam depo
nentes · & uestes preciosissimas &
incredibili uarietate fulgentes
abicient a se · et stuporis magnitu
dine uertent in amentiam · atque
humilitate deiecti sedebunt in
terra · & cum te uiderint corru
isse sibi similia formidabunt · nichilque
putabunt interrenis bonis esse per
petuum · sed econtrario assument
sup te lamentum & flebile canti
cum commemorabunt dicentes ·
quom pisti · que habitas in mari
urbs inclyta siue laudata · Tyrum
enim fuisse insulam · & nullum ha
buisse de terra introitum · in gre
cis latinisque & barbaris hystoriis
legimus · sed postea a nabuchodono
sor rege chaldeorum · ut non nul
li affirmant a balexandro rege
macedonum iactos esse aggeres &
obpugnationi uineisque & arie
tibus locum preparatum ac de insula
factam esse pene insulam · Tu igitur
o SOR · o tyre · que quondam fuisti
in cunctis fortissima insulis siue
in urbibus omnium uoce laudata
cum habitatoribus tuis · quos uni
uersi timebant · quom subito cor
ruisti · Nunc autem stupebunt siue
pauebunt sup te insule · & ut
melius habetur in hebreo · naues